

Mercredi des Quatre-Temps d'Automne

Mercredi 24 septembre 2025

● 2ème classe

INTROÏT *Psaume 80, 2-6*

Exultate Deo, adiutori nostro : iubilate Deo Iacob : sumite psalmum iucundum cum cithara : canite in initio mensis tuba, quia praecceptum in Israel est, et iudicium Deo Iacob. **Ps. 80** Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti : linguam, quam non noverat, audivit. **V.** Gloria Patri.

Exultez pour Dieu, notre secours, acclamez le Dieu de Jacob ; entonnez l'hymne au son du tambourin, sonnez de la trompette en ce début de mois ; car c'est un précepte pour Israël, une ordonnance du Dieu de Jacob. **Ps. 80** Il en fit une loi pour Joseph quand il sortit du pays d'Égypte et entendit une langue qu'il ne connaissait pas. **V.** Gloire...

COLLECTE

Orémus. Flectamus genua. Levate.

Prions. Fléchissons les genoux. Levez-vous.

Misericordiae tuae remediis, quaesumus, Domine, fragilitas nostra subsistat : ut, quae sua conditione attérior, tua clementia reparetur. Per Dominum.

Que notre fragilité, nous vous en prions, Seigneur, soit soutenue par les remèdes de votre miséricorde ; si bien que, ruinée par suite de sa condition, elle soit restaurée par votre clémence. Par...

PREMIÈRE LECTURE *du prophète Amos 9, 13-15*

Haec dicit Dominus Deus : Ecce, dies veniunt : et comprehendet arator messorem, et calcator uvae mittentem semen : et stillabunt montes dulcedinem, et omnes colles culti erunt. Et convertam captivitatem populi mei Israel : et aedificabunt civitates desertas et inhabitabunt : et plantabunt vineas et bibent vinum earum : et facient hortos et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam : et non evellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis : dicit Dominus, Deus tuus.

Ainsi parle le Seigneur Dieu : « Voici que des jours viennent où le laboureur suivra de près le moissonneur, et celui qui foule le raisin celui qui répand la semence. Les montagnes feront couler la douceur et toutes les collines seront cultivées. Et je ramènerai les captifs de mon peuple Israël : ils rebâtiront les villes désertes et les habiteront. Ils planteront des vignes et en boiront le vin, ils établiront des jardins et en mangeront les fruits. Je les planterai sur leur terre et je ne les arracherai plus du pays que je leur ai donné, dit le Seigneur ton Dieu. »

GRADUEL *Psaume 112, 5-7*

Q uis sicut Dóminus, Deus noster, qui in altis hábitat, et humilia réspicit in caelo et in terra ? *Ÿ*. Súscitans a terra ínopem et de stércore érigens páuperem.

Q ui est comme le Seigneur notre Dieu, qui habite les hauteurs et regarde les humbles choses au ciel et sur la terre ? *Ÿ*. Il relève l'indigent de la poussière, et du fumier il retire le pauvre.

COLLECTE

P ræsta, quæsumus, Dómine, famíliæ tuæ supplicánti : ut, dum a cibis corporálibus se ábstinet, a vítiis quoque mente ieiúnet. Per Dóminum.

N ous vous en prions, Seigneur : accordez à votre famille suppliante, qui s'abstient de nourriture corporelle, de jeûner aussi des vices dans son âme. Par...

Mémoire de Notre-Dame de la Merci.

D eus, qui per gloriosíssimam Fílii tui Matrem, ad liberandos Christi fidèles a potestáte paganórum, nova Ecclésiám tuam prole amplificáre dignátus es : præsta, quæsumus ; ut, quam pie venerámur tanti óperis institutricem, eius páriter méritis et intercessióne, a peccátis ómnibus et captivitáte dáemonis liberémur. Per eúndem Dóminum.

D ieu qui, par la très glorieuse mère de votre Fils, avez daigné enrichir votre Église d'une nouvelle famille religieuse afin de délivrer les fidèles du Christ du pouvoir des païens ; nous vous en prions, nous qui vénérons avec piété l'inspiratrice d'une si grande œuvre : faites que nous soyons, par ses mérites et son intercession, délivrés de tous nos péchés et de la captivité du démon. Par le même...

SECONDE LECTURE *du Livre d'Esdras II. 8, 1-10*

In diébus illis : Congregátus est omnis pópulus quasi vir unus ad platéam, quæ est ante portam aquárum : et dixerunt Esdræ scribæ, ut afférret librum legis Moysi, quam præcéperat Dóminus Israéli. Attulit ergo Esdras sacérdos legem coram multítudine virórum et mulierum, cunctisque qui póterant intellégere, in die prima mensis séptimi. Et legit in eo apérte in platéa, quæ erat ante portam aquárum, de mane usque ad médiam diem, in conspéctu virórum et mulierum et sapiéntium : et aures omnis pópuli erant eréctæ ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fécerat ad loquendum. Et apéruit librum coram omni pópulo : super univérsum quippe pópulum eminébat : et cum aperuísset eum, stetit omnis pópulus. Et benedíxit Esdras Dómino, Deo magno : et respóndit omnis pópulus : Amen, Amen : élevans manus suas : et incurváti sunt et adoravérunt Deum proni in terram.

Porro levítæ siléntium faciébant in pópulo ad audiéndam legem : pópulus autem stabat in gradu suo. Et legérunt in libro legis Dei distíncte et apérte ad intellegéndum : et intellexérunt, cum legerétur. Dixit autem Nehemías, et Esdras sacérdos et scriba, et levítæ interpretántes univérso pópulo : Dies sanctificátus est Dómino, Deo nostro, nolíte lugére et nolíte flere. Et dixit eis : Ite, comédite pínguia et bíbite mulsum, et míttite partes his, qui non præparavérunt sibi : quia sanctus dies Dómini est, et nolíte contristári : gáudium étenim Dómini est fortitúdo nostra.

En ces jours-là, tout le peuple s'assembla comme un seul homme sur la place qui est devant la porte des Eaux. Ils dirent à Esdras le scribe d'apporter le livre de la loi de Moïse, que le Seigneur avait prescrite à Israël. Et le prêtre Esdras apporta la loi devant la multitude des hommes et des femmes et de tous ceux qui étaient capables de l'entendre. C'était le premier jour du septième mois. Et il lut distinctement dans le livre depuis le matin jusqu'au milieu du jour, sur la place qui est devant la porte des Eaux, en présence des hommes et des femmes et de ceux qui étaient capables de l'entendre. Tout le peuple avait les oreilles attentives à la lecture du livre. Esdras, le scribe, se tenait sur une estrade de bois, qu'il avait dressé pour parler. Il ouvrit le livre devant tout le peuple, car il était élevé au-dessus de tous, et lorsqu'il l'eut ouvert, tout le peuple se tint debout. Esdras bénit le Seigneur, le grand Dieu, et tout le peuple répondit en levant les mains : « Amen, amen. » Et ils s'inclinèrent et adorèrent Dieu, prosternés jusqu'à terre.

Cependant les lévites faisaient taire le peuple, afin qu'il écoutât la loi ; et le peuple se tenait debout, chacun à sa place. Ils lisaient distinctement dans le livre de la loi de Dieu et ils en donnaient le sens, et l'on comprenait ce qui était lu. Néhémie, Esdras, le prêtre et le scribe ainsi que les lévites qui enseignaient le peuple, leur dirent : « Ce jour est consacré au Seigneur notre Dieu : ne vous attristez pas, ne pleurez pas. » Et il leur dit : « Allez, mangez des viandes grasses et buvez des liqueurs douces, et envoyez des parts à ceux qui n'ont rien préparé, car c'est le jour saint du Seigneur. Ne vous attristez pas, car la joie du Seigneur est notre force. »

Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eórum : pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi. *Ÿ*. Verbo Dómini cæli firmáti sunt : et spírítu oris eius omnis virtus eórum.

+ ÉVANGILE *selon saint Marc 9, 16-28*

In illo tēmpore : Respóndens unus de turba, dixit ad Iesum : Magíster, áttuli filium meum ad te, habéntem spírítum mutum : qui, ubicúmque eum apprehénderit, allídit illum, et spumat et stridet déntibus et aréscit : et dixi discíplis tuis, ut eícerent illum, et non potúerunt. Qui respóndens eis, dixit : O generátio incrédula, quámdu apud vos ero ? quámdu vos pátiar ? Afférte illum ad me. Et attúlerunt eum.

Et cum vidísset eum, statim spírítus conturbávit illum : et elísus in terram, volutabátur spumans. Et interrogávit patrem eius : Quantum tēmporis est, ex quo ei hoc áccidit ? At ille ait : Ab infántia : et frequénte eum in ignem et in aquas misit, ut eum pérderet. Sed si quid potes, ádiuva nos, misértus nostri. Iesus autem ait illi : Si potes credere, ómnia possibília sunt credéti. Et contínuo exclámans pater pueri, cum lácrimis aiébat : Credo, Dómine : ádiuva incredulitátem meam. Et cum vidéret Iesus concurréntem turbam, comminátus est spírítui immundo, dicens illi : Surde et mute spírítus, ego præcípio tibi, exi ab eo : et ámplius ne intróeas in eum. Et exclámans et multum discérens eum, éxiit ab eo, et factus est sicut mórtuus, ita ut multi dícerent : Quia mórtuus est. Iesus autem tenens manum eius, elevávit eum, et surréxit.

Et cum introísset in domum, discípluli eius secréto interrogábant eum : Quare nos non potúimus eícere eum ? Et dixit illis : Hoc genus in nullo potest exíre nisi in oratióne et ieiúnio.

Heureuse est la nation dont le Seigneur est le Dieu ! Heureux le peuple que le Seigneur s'est choisi pour héritage ! *Ÿ*. Par la parole du Seigneur, les cieux ont été affermis ; et du souffle de sa bouche vient toute leur force.

En ce temps-là, un homme de la foule s'adressa à Jésus et dit : « Maître, je t'ai amené mon fils, possédé d'un esprit muet. En quelque lieu où l'esprit s'empare de lui, il le jette par terre ; l'enfant écume, grince des dents et devient tout raide. J'ai prié tes disciples de chassez l'esprit et ils ne l'ont pas pu. » Jésus leur dit : « Ô génération incrédule, jusqu'à quand serai-je avec vous ? Jusqu'à quand vous supporterai-je ? Amenez-le-moi. » On le lui amena.

À la vue de Jésus, l'esprit agita l'enfant avec violence, et celui-ci, tombant à terre, se roulait en écumant. Jésus demanda au père : « Combien y a-t-il de temps que cela lui arrive ? » Il répondit : « Depuis son enfance. Souvent l'esprit l'a jeté dans le feu et dans l'eau pour le faire périr. Si tu peux quelque chose, aide-nous, aie pitié de nous. » Jésus lui dit : « Si tu peux croire, tout est possible à celui qui croit. » Aussitôt le père de l'enfant s'écria : « Je crois, Seigneur, viens en aide à mon incrédulité. » Jésus, voyant accourir la foule, menaça l'esprit impur, et lui dit : « Esprit muet et sourd, je te l'ordonne, sors de cet enfant et n'y rentre plus. » Et il sortit en poussant des cris et en l'agitant avec violence. L'enfant devint comme mort, au point que plusieurs disaient : « Il est mort. » Mais Jésus, le prenant par la main, le releva et il se tint debout.

Quand Jésus fut entré dans la maison, ses disciples lui demandèrent en particulier : « Pourquoi n'avons-nous pu chasser cet esprit ? » Il leur dit : « Ce genre de démons ne peut être chassé que par la prière et le jeûne. »

OFFERTOIRE *Psaume 118, 47-48*

Meditabor in mandatis tuis, quæ diléxi valde : et levábo manus meas ad mandata tua, quæ diléxi.

Je méditerai vos préceptes, que j'ai beaucoup aimés ; et je lèverai mes mains vers vos commandements, car je les ai aimés.

SECRÈTE

Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delícta : et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet. Per Dóminum.

Que cette hostie, Seigneur, nous vous en prions, nous purifie de nos péchés ; et qu'elle sanctifie les corps et les âmes de vos serviteurs en vue de la célébration de ce sacrifice. Par...

Mémoire de Notre-Dame de la Merci.

Tua, Dómine, propitiatióne, et beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque præsentem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem. Per Dóminum.

Que par votre miséricorde, Seigneur, et par l'intercession de la bienheureuse Marie toujours Vierge, cette oblation nous procure le bonheur et la paix, en ces jours et pour l'éternité. Par...

COMMUNION *Esdras II. 8, 10*

Comédite pínguia et bíbite mulsum, et míttite partes his, qui non præparavérunt sibi : sanctus enim dies Dómini est, nolíte contristári : gáudium etenim Dómini est fortitúdo nostra.

Mangez des viandes grasses et buvez des liqueurs douces, et envoyez des parts à ceux qui n'ont rien préparé, car c'est le jour saint du Seigneur. Ne vous attristez pas, car la joie du Seigneur est notre force.

POSTCOMMUNION

Suméntes, Dómine, dona cæléstia, suppliciter deprecámur : ut, quæ sédula servitúte, donánte te, gérimus, dignis sénsibus tuo múnere capiámus. Per Dóminum.

Recevant les dons célestes, Seigneur, nous vous supplions humblement : ce que vous nous donnez d'accomplir par un zélé ministère, puissions-nous le percevoir convenablement avec votre grâce. Par...

Mémoire de Notre-Dame de la Merci.

Sumptis, Dómine, salútis nostræ
subsídiis : da, quæsumus, beátæ Maríæ
semper Vírginis patrocíniis nos ubíque
prótegi ; in cuius veneratióne hæc tuæ
obtúlimus maiestáti. Per Dóminum.

Après avoir reçu, Seigneur, ces secours
pour notre salut, nous vous en prions :
donnez-nous d'être en tous lieux sous la
protection de la bienheureuse Marie
toujours Vierge, en l'honneur de laquelle
nous avons offert ce sacrifice à votre
majesté. Par...